

www.e-rara.ch

**Bericht von denen Gesellschaften, Welche eine Allgemeine
Verbesserung des Lebens und der Sitten anzustellen, In Engelland und
Jrland aufgerichtet worden**

Woodward, Josiah

St.Gallen, Im Jahr Christi M DCCI

Kantonsbibliothek Vadana

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-104420>

Anzüge deren Authorum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



Anzüge deren Authorum.

§. 45.

Populus Romanus delegit Magistratus, quasi Reip. Villicos, in quibus, si qua præterea ars, facile patitur, sin minus, virtute eorum & innocentia contentus est. *Tullij Orat. cum Plan.* Virtus impr. apud Lacedæmonios circa Magistratus legendos semper spectata: quod politicum præceptum in quavis Rep. servari ex usu esset. *Nic. Cragius de Rep. Lacedæm.* p. 83. Inter præcipuos Atheniensium Magistratus censendi sunt anni Novem-viri. Oportebat in eorum vitam inquiri, antequam magistratum caperent. *Petitus de Legibus Atticis.* 236. Tantam honestatis curam his Novem-viris voluit esse, Solon, ut si quis Archon vino se ingurgitaverit, Capital ei fuerit. Jurabant in leges se esse observaturos Novem-viri. Jusjurandum Novem-virorum: Leges observabo, quod si secus fecero, auream statuum meam æqui ponderis pendam. *Petitus ibid.* 140.

46. Segnius irritant animos immissa per aures, quam quæ oculis subiecta fidelibus.

48. Quales summi civitatis viri fuerint, talis civitas erit: Ut enim vitis & sceleribus Magistratum infici solet & corrumpi tota Resp. ita corrigi & emendari. Nec ignores totius civitatis mores ad exemplum Magistratum conformari. *Isocr. ad Nicoclem.*

49. Adversum maleficium omnes consensimus. Homicidij, Veneficij, parricidij, violatarum religionum, alicubi atque alicubi diversa poena est; sed ubique aliqua. *Seneca de Benefic lib. 3. c. 6.*

50. Receptumque omnium penè Gentium, temporumque memoria, ut ad legum latarum observantiam invitarentur inferioris sortis homines, exemplo potentum, qui primi eas custodire cogebantur, & præsertim ij ipsi, qui eas tulissent.

Magistratus, Gubernatores, Regesque obediunt quoque ipsi Legibus, idest, rectæ rationi. *Diodor. Sicul. è Rosino.* Sua lege docuit, nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi impetraverit *Valer. Max. lib. 8. c. 6. Tit. 3.*

Præceptum salubre Pittaci apud Ausonium: Pareto legi, quisque legem sanxerit. *Rosinus de Antiq. Rom.*

52. Si quis convictus furti esset apud Locrenses, effodiebantur ei oculi. Contigit autem ut Zaleuci filius furti reus convitiaretur; cui quum Locrenses poenam remitterent, non tulit id pater; Sed sibi unum, filio alterum voluit erui oculum. *Her. Pont. de Pol. Tenediorum.*

Legem

Legem quandam Tenedijs tulit Tennes, quâ licebat, Adulterum deprehensum securi necare: quum itaque filius ejus esset captus interrogante regem, qui ceperat, quid ei faciendum! respondebat, Lege utendum. Quapropter & nummo ejus ab una parte securis excusa, ab alterâ facies viri & mulieris uno collo junctâ. *Her. Pont. de Pol. Loc.*

Eod. Pudet hæc opprobria nobis & dici potuisse & non potuisse refelli.

53. (*Romani*) cogunt eos, qui Magistratu abierint, apud Censores edere & exprimere, quid in Magistratu gesserint. *Gothofr. de duod. Tab. Frag.* Censorum officium erat describere facultates cujusque civis; observare singulorum hominum mores & vitam; tollere quoque omnia, quæ probitatem morum pestem & perniciem illatura videbantur. *Rosin. de Antiq. Rom. fol. 520.*

Censores mores populi regunt. Hæc detur cura Censoribus, quandoquidem eos in Rep. semper volumus esse. *Cic. de Legib.*

His a. duob. præmijs & pœnâ, salus Reip. quam plurimum continetur. Solon Remp. duab. rebus contineri dixit: præmio & pœnâ. *Cic.*

61. Magistratus & Judex neque pro justis orari, neque pro injustis exorari debet.

62. Hæc tria lex secuta est, quæ Princeps quoque sequi debet, aut ut eum, quem punit, emendet; aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat; aut, ut sublatis malis securiores cæteri vivant. *Seneca de Clem. l. 1. c. 2.*

Sicut misericordia puniens, ita est crudelitas parcens. Salutaris severitas vincit inanem speciem clementiæ.

Clementiores Lege, Judices esse non oportet.

eod. Legum ac Magistratum contentum, sequuntur populi seditiosæ voces, & adversus Principes ipsos conjurationes ac defectiones. *Bodin. de Rep. l. 3. c. 1.*

eod. Qui non prohibet peccare, cum potest, jubet.

70. Periculosum est infanienti gladium, ac improbo viro Magistratum committere.

Inter omnia, quæ Remp. ejusque felicitatem conservant, nihil utilius, nihil præstantius, quam viros ad Magistratus gerendos eligere, Summâ prudentiâ, sapientiâ & virtute præditos: quique ad honores obtinendos non ambitione, non largitionibus: sed lege, virtute & modestiâ sibi parent aditum, *Criminal. de Op. sen. p. 109.*

71. Verè dici potest Magistratum legem esse loquentem; legem autem mutum esse Magistratum. Magistratib. igitur opus est, sinè quorum prudentiâ & diligentia civitas non potest stare. *Cic. de Legib.*

Cum Leges omnes, vel optimæ, absque probatissimis Magistratibus

gistratib. mortuæ sint, Magistratus autem optimi vel absque legibus scriptis ipsi sint vivæ leges, merito Plato non in condendis Legibus; sed formandis Magistratibus, omni diligentia elaboravit.

Eod. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi Civitatis fuerint, talem Civitatem fuisse. Idque haud paulò est verius, quam quod Platoni nostro placet, qui Musicorum cantibus aut mutatis, mutari Civitatum status; ego autem Nobilium vitâ, victuque mutato, mores mutari Civitatum puto. *Cicero, de Leg. 6.*

Accidit Magistratum negligentia & vitij Nobilium, cives paulatim à virtute desciscant, varjisque malis Remp. afficiant, quibus in undatis Remp. fluctuare necesse est. *Crim. de Opt. Sen. l. 2. 152.*

74. Panis pauperum est vita eorum, & qui fraudat eos est vir languinis.

78. Magistratus judicat virum.

83. Religio contaminata ad omnium pertinet injuriam

84. Primum inter beneficia est, ut boni laude afficiantur. Laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem. *Stob. p. 50.*

88. Dulce est periculum sequi Deum.

Avida est periculi virtus, & quo tendat; non quod passura est, cogitat: quoniam & quod passura est, gloriæ pars est. *Senec. de Pr. t. 4.*

89. Tuo tibi judicio utendum est virtutis & vitiorum: grave ipsius conscientia pondus est, quâ sublata jacent omnia. *Cicero.*

Eod. Non exemplis; sed legibus judicandum.

92. Per infamiam & bonam famam grassari ad immortalitatem.

93. Nemo mihi videtur pluris aestimare virtutem, nemo illi magis esse devotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. *Senec. Epist. 81.*

96. Non sic inflectere sensus humanos edicta valent, ut vita regentis.

Qui Macedoniæ regem erudit, omnes etiam subditos erudit.

Delirant reges, plectuntur Achivi.

Eod. Facile est imperium in bonos.

Eod. Homo sine religione, sicut equus sine fræno.

Haud scio an pietate sublata fides etiam & societas humani generis & justitia tollitur. *Cic. de Nat. Deor. lib. 1.*

Non itaque moenibus, neque triremibus, neque navalibus indigent civitates, Alcibiades, ad hoc, ut felices sint, neque verò aut hominum multitudine, potentia vel magnitudine, absque Virtute. *Plato Alcib.*

Pietas

Pietas inesse non potest, cum qua simul & sanctitatem & religionem tolli necesse est: quibus sublati perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. *Cic. de Nat. Deor.*

97. Religio neglecta maximam pestem in Civitatem infert, omnium scelerum fenestram aperit.

100. Redderetur merces bonis artibus eorum, id est, virtutibus, quibus ad tantam gloriam pervenire nitebantur. &c. *August. de Civ. Dei. l. 5. c. 15.*

Non est, quodd de summi & veri Dei justitiâ conquerantur; perceperunt mercedem. *Ibid.*

101. In nobis patitur Christus opprobrium; in nobis patitur lex Christiana maledictum. *Salvian.*

102. Incolæ Aborigines esse, qui priscos adhuc vivendi mores retineant; morēs ei simplices à versutiâ & improbitate nostræ tempestatis hominum longè remoti. *Diodor. sicul. p. 301.*

Incolarum mores, quod attinet, fuerunt antiqui Britanni religionis & disciplinarum cultores maximi. *Scher. de Angl. gent. orig. p. 14.*

Nunc Deo, interdum civibus, nonnunquam etiam transmarinis regibus ingrata confurgit. *Gildas de Excid. Britan. p. 391.*

115. Quàm difficile est principem sui dissimilem formare republicam!

121. Magnam justitiæ & virtutis partem habet, qui honore dignos honorat.

In civitate studiosâ felicitatis, nunquam opes anteponi debent virtuti, ne hanc ob causam omnibus desiderio divitiarum captis, contemptus ob neglectus virtutis innascatur animis in Rep. Nam ubi virtus spernitur, potentes omnes malorum genus producat.

Omnes quidem Magistratus in bene constituendâ Rep. convenit esse virtute præditos; sed maxime eos, qui senatoriæ dignitatis gradum obtinent. Unde in antiquorum Rebusp. statuæ, arcus triumphales, sepulchra publica, laudationes & alia id genus meritis tribuuntur. *Grim. de Opt. Sen. p. 194.*

123. Omnino ab hominibus honor iis debetur, quos honore DEUS dignatus est.

Quod igitur ad Resp. attinet, omnes mihi assentiri arbitror, iniquissimum esse, ut eadem bonis & improbis tribuantur; æquissimum verò ut ea cujusque & fortuna sit, & dignitas, quam meretur. *Isocr. Nic.*

Oportere dicimus Civitatem, quæ pro humanis viribus salva felixque futura sit, rectè honores & opprobria distribuere; recta a. distributio est, ut prima & maxime honoranda consensant animi bona, si adjuncta illis temperantia sit. Hæc si quis

fi qu
que
E
ra i
be
de
L
tiâ v
i
rol
rem
tem
agg
runt
abje
E
cini
tis p
peri
Mul
tes a
E
rant
E
jung
na, q
12
tia n
Sa. p
12
quem
tem
Se
stra
T
tas s
Lu
Pr
In
Di
culi s
Vest
diunt
13
fortu
In
T

si quis Legislator Civitasve transgreditur, neque sancte neque civiliter facit. *Plato de Legib. lib. 3.*

Eod. Is ordo vitio careto, cæteris specimen esto. Præclara ista Lex (ait Cicero,) nam cum omni Vitio carere lex jubeat, ne veniat in eum ordinem, unquam vitij particeps. *Cic. de Legib. l. 6.*

Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum. *Salust.*

125. Non est prætereundum maximorum virorum plerisque patres ignoratos, matres impudicas fuisse. Si quis rem considerare velit, omnes eos vel saltem maximam partem eorum, qui in hoc toto terrarum orbe res præstantiores aggressi sunt, atque inter cæteros ævi sui heroës excelluerunt, aut obscuro aut abjecto loco editos, & prognatos fuisse abjectis parentibus, &c. *Vita Castrucci Castruciani. p. 1.*

Eod. Alii pro pecunia emunt Nobilitatem, alii illam lenocinio, alii veneficiis, alii parricidiis hanc conseruerunt; multis proditio nobilitatem conciliavit, simulatque divitias perit plerique adulatione, detractioe calumniis Sycophantia. Multos venationes, rapinæ, cædes, præstigia, & aliæ malæ artes ad Nobilitatem promoverunt. *Agripp. de Nobilit. p. 348.*

Eod. Ut omnium rerum sic literarum quoque, intemperantia laboremus. *Sen. Ep. 106.*

Eod. Paucis opus est literis ad mentem bonam. Illud adjungo sæpius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. *Cic. Or. pro Arch.*

126. Surgunt indocti & rapiunt cœlos, & nos cum scientia nostra mergimur in infernum. *August. ex Agr. de Van. Sa. p. 7.*

127. Nobilitas nil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desiderat?

Sed genus & proavos & quæ non fecimus ipsi. Vix ea nostra voco.

Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria. Nobilitas sola est atque unica Virtus.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis,

Prima peregrinos obscæna pecunia mores.

Intulit, turpi frugerunt secula luxu.

Divitiæ molles. Pecuniis augetur improbitas. Divitiæ seculi sunt laquei diaboli. Divitiæ raro virtutis sunt comites. Vestes talares Corpora, opes autem immensæ animas impediunt. Pietas, probitas, fides, privata bona sunt.

132. O si pectora pateant divitum quantos intus sublimis agit fortuna metus? Brutio caro pulsante fretum mitior unda est.

Invidia Siculi non invenere Tyranni.

Tormentum majus.

Quem

Quem mihi regem dabis non curis plenum; non diadema aspicias, sed vitam afflictione refertam. non catervas satellitum, sed curarum multitudinem Antigonus rex cuidam anui ipsum beatum prædicanti dixisse fertur, si scires ô mater, quam multorum malorum hic pannus sit, (diadema autem ostendebat) eum in stercore jacentem non tolleres.

Cur tu hos evasisse putes, quos diri conscia facti.

Mens habet attonitos & furdo verbere cædet.

Occulto quatiante animo tortore flagellum?

Non enim gazæ neque consularis summovet listor miseros tumultus mentis, & curas laqueata circumtecta volantes.

141. Athletam stadium, Nauclerum tempestas, ducem pugna, magnanimum calamitas, Christianum verò tentatio probat & examinat. Calamitas virtutis est occasio.

Ad omne pulchrum vir bonus sine ulla cunctatione procurrit; stet illic carnifex, stet tortor, atque ignis perseverabit; non quid passurus, sed quid facturus sit adspiciet, *Sen. de Vita Beat.*

Eod. Nondum felix es si te nondum turba deridet.

Nihil, mihi videtur, infelicius eo, cui nihil unquam evenit adversi non licuit illi se experiri. Transisti sine Adversario vitam, nemo sciet quid potueris: ne tu quidem ipse.

Magnum exemplum nisi mala fortuna non invenit.

Mutum ignis, Fabricium paupertas, Regulum tormenta: Socratem venenum superare non potuit, Cicuta magnum Socratem fecit, *Sen. Ep.*


Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut joco comite levitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantiâ sunt beati. *Cic. de fin.: lib. 2. p. 58.*

Eod. Soli Christiani mortis contemptores.

Sanguis Martyrum semen Ecclesiæ.

145. Unum quodque habet propositum Principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabritios, Scipiones. Philosophi proponant Socratem, Platonem, Aristot. &c. Nos autem laudamus propositi nostri principes, Paulos, Hilariones &c.

Aliquis vir bonus nobis ante oculos habendus est, elige itaque Catonem, elige Zælium &c. *Sen. Ep. II.*



Truck: Fehler.

S.4. Lin.7. wie: lise/ wil. S.12. Blat.12. lin.2. obs: lise/ als.
 S.27 lin.2. muß/ welche/ durchgestrichen werden S.28. blat.28.
 lin.14. gefügten: lise/ beygefügt. S.53. blat.56. lin.24. nach/
 worden/ setze hinzu: einlieferen solten. S.71 blat.82 lin.25.
 muß/ wie/ durchgestrichen seyn. S.94. lin.6. für/ erst/ lise/ vesi.
 S.104. bl.125. lin.12. für/ wie/ lise/ wir. S.116. lin.3. für/ halt/
 lise/ hat.